Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26414
Copyright: Admont, Benediktinerstift

90

debito primi parentis obligauimur. Tertium est pene quam tenemur pro peccatis nostris.
Hoc debitum exsoluimus non ipsi. iii. est census seruicii quod deo debemus. et ex diuersis causis
que inferius tangentur. In i. debito continentur ista. fames. sitis. frigus. calor. infirmitas.
et mors. que est maximum inter hec debita. Unde qui moritur dicitur soluere debitum. ii. Ro.
vii. Corpus mortuum est propter peccatum. i. necessitati morti addictum. Gaudere ergo debent qui
talia sustinent. quia debita sua soluunt. Regnum autem et debitum deo quod pars est hoc de-
bitum computare in precium regni celorum si patienter sustineat. ii. debitum solui-
tur per penitentiam. ad cuius debiti solutionem conari multum debemus. quia qui non soluit
in presenti ponetur in carcere. donec reddat nouissimum quadrantem. Item bonis pauperes adiuuantibus spiritua-
libus orationum suffragia mendicare non cessant. et ad similitudinem captiuorum pauperum
redemptione sua quasi obulatim mendicant. Tertium. iii. nostrum. quod christo debemus seruicium
uite nostre multis de causis. Quas tangit Bernardus. Si totum me debeo quod me fe-
cit. quid addam pro me refecto. et refecto hoc modo. non est tam facile refectus quam
factus. et post. quid retribuam domino pro omnibus que retribuit mihi. In i. opere me mihi dedit. In ii. se. et
ubi se dedit me mihi reddidit. datus ergo et redditus pro me debeo. et bis debeo.
quid deo retribuam pro se. Nam et si millies me rependere possem. quid sum ad deum. Item
alibi tangit alteram causam carum. Cuius iusti uiuendum amem quam ei. qui si non
moreretur non uiuerem. iuste sibi uindicat uitam meam. qui pro me posuit suam. Idem
alibi. iiii. causas quare debemus christo seruicium nostrum. hic ubi. O si cognouisse quam
multa et quam multa tibi debeam uides quam nichil est quod facio. i. debemus deo totam ui-
tam tuam. quia pro tua posuit suam. ii. exiguum per transitum peccata uitam futuram
uitam meam ut faciam dignos fructus penitentie. et recogitem omnes annos in amaritudine anime
mee. Quod si tertium debitorem ostendam. qui eam uendicat sibi. puto quod deside-
gloriam quam oculus non uidit. et cetera. nunc ad hoc eundem totum te et quecumque potuit
dare obtinebit. et cum omnia impleuimus non sunt condigne passiones huius. et cetera. iiii. debi-
torum debes quod es a quo totum habes qui te fecit et bene fecit. et cuncta ministrat.
hora ex proponi reddere quod debes. Debitores sumus scilicet deo nobis et proximo. R.
Non simus concupiscentes malorum. Dom. viii. f. Albi.
i. Cor. x. In hoc uerbo isto monet nos apostolus et quedam de quibus pro nobis rogari esse de-
bemus. scilicet ut mala non concupiscamus. et possunt rationes multe assignari quare non
debemus malum concupiscere. i. quia malum concupiscere est quasi de lapidibus famem
habere. Multi enim mala uidentur concupiscenda quam lapidem comedere. Unde
suasione fecit illi diabolus. qui monet ad concupiscendum malum. quale fecit christo. Matth. iiii.
Si filius dei es dic ut lapides isti panes fiant. et hii qui ei consentiunt concupiscenda

Seruiendum deo multis de causis. Bernardus.

Seruicium debemus christo iiii. de causis.

Quare mala non debeamus concupiscere.

Ra